



# Disputatio juridica inauguralis de inofficio testamento

<https://hdl.handle.net/1874/342356>

45.

DISSERTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS,  
DE

# INOFFICIOSO TESTAMENTO,

QVAM,  
DIVINO FAVENTE NUMINE  
*Ex Autoritate Magnifici Rectoris,*

# D. M. JOANNIS LUYTS,

Philosophiae Doctoris, ejusdemque Facultatis in Inclytâ Academiâ  
Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

UT ET

*Amplissimi Senatus Academicorum consensu, Nobilissimeque  
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU LICENTIATUS  
in UTROQUE JURE ejusque honoribus Privilegiis  
& prærogativis ritè & legitimè consequendis,

*Eruditorum examini subjicit,*

ISAACUS LE MAIRE, Hafniensis.

A. D. 25. Febr. hora locoque soliis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiam  
Typographi, clc loc LXXXIX.

*Illustrissimo, Nobilissimo, Doctissimoque  
VIRO ac DOMINO*

## D.D. JACOBO LE MAIRE,

Juris Utriusque Licentiato, olim ad Serenissimum  
Regem Daniæ Norvegiæ &c. delegato fidelissimo  
Patri suo, in æternum debito honore & amore  
prosequendo;

U T E T

*Viro Nobilissimo Doctissimo Piissimoque*

## D.D. ISAACO LE MAIRE,

Ecclesiæ Amstelodamensis Pastori seniori, Patruo  
suo debita reverentia atque honore semper colen-  
do.

N E C N O N

*Eruditissimo Doctissimo Celeberrimoque Viro*

## D.D. MARCO MEYBOMIO

olim a Consiliis Regis Daniæ Norvegiæ &c. & in  
Illustri Amstelodamensi Athenæo Professori extra-  
ordinario, avunculo suo plurimum honorando.

*Hacce Thesæ Inaugurales ea qua  
par est reverentia*

*Offert & dedicat*

*Academia AMIAH : ISAACUS LE MAIRE.  
Auct. & Resp.*



DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>O</sup> JURIDICA  
INAUGURALIS,

D E

INOFFICIOSO TESTAMENTO.

THESSIS I.



Um eveniat ut Testamēta aliquando exitum suum non fortiantur, & quidem ob quatuor casus, quando vel rumpuntur, vel irrita fiunt, vel destituuntur, vel rescinduntur; non incongrue facturum me autumo, si omissis tribus prioribus, ad altimum sc. de Inofficio Testamento ejusque querela pro captu ingenii mei breviter secundum Jurisconsultorum ordinem me accingam.

I I. Antequam autem destinatam materiam aggrediar,  
A 2 in

## 4 DISSERTATIO JURIDICA

in transitu hoc primum de nomine Inofficiosi monendi sumus , quod , quamvis omne Testamentum recte dicatur Inofficiosum , in quo testator contra officium , id est , pietatem fecit , Verbi causa , si cognatis vel aliis personis de se bene merentibus nihil in suo Testamento reliquerit , tamen per excellentiam illa demum Inofficiosa Testamenta dicta sunt , in quibus liberi vel parentes aut fratres inique sunt exheredati vel præteriti.

## III.

Inofficiosim itaque Testamentum dicere , est allegare quare quis exheredari vel præteriri non debuerit : quod plerumque accidit , cum falso parentes instimulati liberos suos vel exheredant vel prætereant *l. 3. ff. de inoff. test.* Qui autem hoc Testamentum Inofficiosum indicat , proprie habet querelam.

## IV.

Estque querela Inofficiosi Testamenti actio in rem , quæ competit inique exheredatis præteritisve , adversus hæredem scriptum , ut Testamentum rescindatur , & hæreditas ab intestato deferatur. Dico *actio in rem* idque patet ex eo , quod , qui hanc querelam instituit , agit ut heres , quodque inique sit exheredatus , adeoque non solum petit , ut Testamentum Inofficiosum rescindatur , sed ut simul hæreditas restituatur , imo expressi textus id manifeste confirmant , sic Scevola ait , eum , qui dicit Inofficiosum , petitionem hæreditatis exer-

## I N A U G U R A L I S. 5

exercere in *l. 20. ff. b. t.* & Paulus *l. 21. §. 2. eod.* per querelam Inofficiosi , evinci hæreditatem : clarissime autem hoc traditum est in *l. 15. §. 2. ff. b. b. t.* ubi dicitur , filium , si querela Inofficiosi Testamenti egerit & vicerit , legitimum hæredem factum esse. Improbanda itaque sententia existimantium , querelam hanc esse præparatorium remedium , non ipsam hereditatis petitionem , ut jam probavimus.

### V.

Videamus nunc quibus competat hæc Inofficiosi querela , datur iis quibus debetur legitima , quorum tres sunt gradus primo liberi secundo parentes tertio fratres & sorores *l. 1. ff. b. t.* Primo competit liberis , & merito , cum ratio naturalis quasi lex quædam tacita liberis parentum hereditatem addicat , velut ad debitam successionem eos vocando , propter quod ne iudicio quidem parentis , nisi meritis de causis submoveri ab ea successione possint *l. 7. ff. de bon. damn.* Nihil autem interest qualis sexus aut gradus sint , an emancipati an in potestate constituti , sive naturales sive adoptivi *§. 2. inst. b. t.* nati an posthumus *l. 6. ff. b. t.* competit quoque spuriis respectu matris *l. 29. §. 1. ff. b. t.* exceptio tamen est in *l. penult. C. ad SCtum Orphic.* si sc. mater sit fœmina illustris & liberos habeat legitos.

### V I.

Post liberos secundo loco veniunt parentes , *§. 1.*

A 3

Inst.

## 6 DISSERTATIO JURIDICA

*Inst. b.t.l. 1. ff. eod.* qui tum demum Testamentum impugnant, si liberi non sint superstites, aut quidem superstites, sed tamen non querantur; tumque ratio miserationis illos admittit, ne a luctuosa liberorum suorum hereditate excludantur. Datur autem querela parentibus tam masculis quam foeminis *l. 1. ff. b.t. l. 17.* *C. eod.* qui modo ad successionem liberorum vel legitimo jure vel honorario venturi fuissent sive sint exheredati sive silentio præteriti. Competit, autem contra emancipatorum liberorum Testamenta, cum suis testandi licentia denegetur. *Pr. inst. Quib. non est permis. fac. Test. l. 6. ff. qui test. fac. poss.* Quod si filius de his bonis, de quibus ipsi permisum erat, Testamentum fecisset, id querelæ non erat obnoxium; quod jus etiam Justinianus confirmavit *l. ult. C. b.t.* Sustulit tamen *Nov. 115. cap. 4. in. pr.* in verbis. *in quibus habent testandi licentiam.*

## VIII.

Tertio defertur fratribus & sororibus germanis, & his deficientibus consanguineis non vero uterinis, sed tum demum, si turpes personæ aut levis notæ macula adspersi, scripti sint heredes *l. 27. C. b.t.* absurdum enim esset turpitudine notatos præferri fratribus honeste viventibus. Quod si ipse frater eadem turpitidine, qua scriptus heres, laboret, nihil hic habet frater quod heredi objiciat *l. 11. C. b.t.* Ultra fratres igitur & sorores cognati nullo modo aut agere possunt, aut agentes vincere *l. 1. inst. b.t.* adeo ut nec cum fratribus

## I N A U G U R A L I S.

bus admittatur fratrii defuncti filius nisi jam præpara-  
rata sit.

### V I I I.

Vidimus hactenus quibus competit querela Inossi-  
ciosi, notandum porro contra quos detur & competit  
tam contra heredes in Testamento scriptos, quam vi-  
va voce pronunciatos *l. 31. in fin. C. t.* non tantum di-  
rectos sed etiam fideicommissarios *l. 1. C. b. t.* nec non  
adversus eos, qui heredi successerunt, aut loco here-  
dis sunt, adeoque adversus fiscum bona utpote vacan-  
tia occupantem *l. 10. C. b. t.* Datur autem tum de-  
mum, si effectu jam heredes facti sint & se tales de-  
claraverint, quod facere intra sex mensium spatum  
coguntur, si sc. in eadem provincia sint, secus si in  
diversis provinciis degant, tum enim intra annale spa-  
tium, a morte testatoris computandum *l. 36. §. ult.*  
*C. b. t.*

### I X.

Ffectus hujus judicii dupliciter considerandus, aut  
enim actor obtinet victoriam aut succumbit. Priori  
casu Testamentum olim totum cadebat, &, si lega-  
ta aut libertates datæ essent, corruerant *l. 28. l. 8. §.*  
*16. ff. b. t.* & recte, quia inferebatur, Testatorem  
mente captum, & per hoc plane ineptum ad testan-  
dum fuisse; excepto tamen casu singulari, in quo  
legata & libertates datæ valent, nempe si mater pu-  
tans filium suum militem decessisse, alios heredes Te-  
stamen-

## 8 DISSERTATIO JURIDICA I

stamento instituerit, rescisso postea Testamento tanquam Inofficio, tamen libertates & legata præstari debent l. 20. ff. b. t. idque fuit de jure veteri, hodie autem sola heredis institutio per querelam Inofficio evertitur, reliqua firma manent *Auth. ex causa C. de lib. præf. Nov. 115. Cap. 3.* Consequens itaque hinc, quod querela Inofficio quoad successionem solam rem redigat ad causam intestati; nonnunquam tamen casus emergunt, quibus Testamentum quoad institutionem tantum pro parte rescinditur.

1. Si agenti tantum debeatur pars hereditatis l. 19. pr. ff. b. t.
2. Si agens, qui contra duos heredes experitur, unum vicit ab alio superatus est l. 15. §. 2. eod.
3. Si fratre agente pro parte tantum, qua turpis persona heres instituta est, Testamentum destruitur l. 20. ff. b. t.

Posteriori casu, nempe si succumbat actor, & contra eum judicetur, omne illud, quod ei illo Testamento relictum est, tanquam indigno aufertur & fisco applicatur l. 8. §. 14. ff. b. t. Nisi tamen ante sententiam decebat d. §. 14. l. 8. aut si proprie non ideo fuit condemnatus quia habebat malam causam, sed quia per contumaciam aberat d. §. 14. si solennia Testamenti duntaxat inpugnaverit l. Pen. ff. de his quæ ut indign.

## X.

Postquam expositum est quid sit querela Inofficio, quibus detur, adversus quos, & quis sit effectus, non absolum fore puto si ultimo loco inspiciamus quemadmodum cesseret. Cessat autem variis casibus.

i. Si

1. Si exheredatus quoquo modo agnoverit voluntatem defuncti l. 8. §. 10. ff. b. t. ideo etiam, si exheredatus legatum sibi relictum acceperit, approbasse videtur Testamentum, & tunc cessabit querela, quod tamen in una specie fallit, in hoc nempe casu, si tutor exheredatus petierit legatum pupillo suo ex illo Testamento relictum, nam tum non petit nomine proprio sed nomine pupilli, pietate id exigente l. 20. §. 1. ff. b. t. & §. 4. *Inst. eod.* 2. Si aliud remedium supersit, quo exheredatus vel præteritus ad defuncti bona pervenire possit §. 2. *Inst. b. t.* est enim odiosa querela & in subsidium inventa. *Ibid.* 3. Morte filii exheredati, lite sc. non contestata nec præparata, hoc est nondum ostensa querendi voluntate, si enim lis contestata es-  
set, habet enim litis contestatio quasi novationem quandam, tunc transmittit querelam ad heredes suos l. 34. *C. b. t.* quod tamen mutatum, & voluit Justinianus competere filio exheredati querelam, quamvis a patre suo exheredato præparata non fuerit. d.  
l. 34. *C. b. t.* 4. Non potest Inofficium dici Testamentum, si justa fuerit exhereditatio, id est ex justa causa, quæ causæ jure veteri legibus definitæ non erant, sed ab arbitrio judicum pendebat l. 3. §. 5. ff. *de bon. poss. contr. tab.* postea vero Justinianus ex arbitrariis eas certas fecit, & nominatim *Nov. 115 c. 3.* complexus est. 5. Tempore, si sc. intra quinquennium ab adita hereditate querela non sit mota l. 8. §. ult. ff. b. t. l. pen. §. 2. c. eod. idque etiam verum est in supplemento quartæ l. 34. *C. eod.* 6. Immune Testamentum est a querela inofficiosa, si testator testatus sit de peculio castrensi l. 8. §. 4. ff. b. t. imo & de  
-END

## 10.2 DISSERTATIO JURIDICA I

quasi castrensi b. ult. §. 1. C. eod. quod tamen correctum est per N. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

X. In pr. 115. C. 4. pr. 115. C. 4. pr.

I N A U G U R A L I S. II

quatuor habuerit liberos, medium eis totius substantiæ partem relinqui ut sexuncum sit omnino quod debetur d. Nov. 18. C. i. cuius capitï ultima verba etiam ad patres & fratres extendenda sunt, quia generaliter verba textus loquuntur.

F I N I S.

---

COROLLARIA.<sup>IV</sup>

I.

*Filius familias non potest condere Testamentum de pleno adventitio peculio.*

I I.

*Testator non potest prohibere jus accrescendi inter heredes.*

I I I.

*Fœmina in Codicillis potest esse testis.*

Res

III. I. I. A. L. I. V.

*Res aliena non potest pignori dari.*

V.

*Fidejussor recte accedit ad omnem obligacionem.*

V. I.

*Periculum rei venditæ pertinet ad emtorem.*

